Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

stratum & illic parate nob. Et abierunt discipuli eius.
& uenerunt in ciuitatem. & inuenerunt sicut dixerat illis. & para
uerunt pascha. Vespere autem facto. uenit cum duodecim. Et discum
bentibus eis. & manducantibus. ait ihs. Amen dico uobis. quia
unus ex uobis me tradet. qui manducat mecum. At illi
tristati cepunt dicere ei singulatim. Numquid ego. Qui ait
ait illis. Unus ex duodecim. qui intingit mecum in catino.
& filius hominis uadit sicut scriptum est de illo. ue autem homini illi
per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si natus non esset homo ille.
Et manducantibus illis accepit ihs panem. & benedicens
fregit. & dedit eis & ait. Sumite hoc est corpus meum. Et ac
cepto calice gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes.
Et ait illis. Hic est sanguis meus noui testamenti. qui pro mul
tis effundetur. Amen dico uobis quod non bibam de genimine ui
tis usque in diem illum. cum illud bibam nouum in regno dei.
Et hymno dicto. exierunt in montem oliuarum. Et ait eis ihs
Omnes scandalizabimini in nocte ista. quia scriptum est. Per
cuciam pastorem & dispergentur oues. Sed postquam resurrexero per
cedam uos in galileam. Petrus autem ait. Et si omnes scanda
lizati fuerint sed non ego. Et ait illi ihs. Amen dico tibi. quia tu
hodie in nocte hac priusquam bis gallus uocem dederit ter me es
negaturus. At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me si
mul commori tibi non te negabo. Similiter autem & omnes dice
bant. Et uenerunt in predium cui nomen gethsemani. & ait
discipulis suis. Sedete hic. donec orem. Et assumpsit pe
trum & iacobum. & iohannem secum. & cepit pauere & tede
re. & ait illis. Tristis est anima mea usque ad mortem. Sustinete hic.
& uigilate. Et cum processisset paululum. procidit super terram.